

De figuris lapidum, &c.

trunculus esse videtur, ceu Stelechi-
tes marinus, meatibus per totum ca-
uis, (cum verū fortassis solidum sit,)
solidissimum læuissimumq̄, cum ra-
mis paucis ac breuibus ceu mutilis.

Antipa-
thes.

Antipathes Plinius gemmam nigrā
non translucentem esse scribit. Dio-
scorides Corallio gentilem facit, ra-
mosiorem, &c. Hodie rarissimum
est. audio tamen viros quosdam rerū
naturalium studio deditos id habere,
vt Peucerū Vitebergæ, Aldrouandū
Bononiæ cum suo cortice saxeo. Ni-
grum verum in Galicia Hispaniæ in-
ueniri audio: spurium è Barbaria vel
Aphrica mitti, Saualia vulgò dictum,
de quo mox sequenti Capite dicam,
& exhibebo iconem. Corallij nigri
nomen Ebena fossili aliquos tribue-
re, suprā dictum est.

Corallis.

Coralloa-
chates.

Corallis minio similis est, gignitur-
que in India & Syene, Plinius. Co-
ralloachates similis est Corallo aure-
is guttis distinctæ, Idem. Alibi verò
guttis